meritum, neque premium consi-
stere penes carnis integritatem
sed penes caritatem. Qui plus
finaliter diligit, eciam plus
mercedis apud deum habebit.
Miracula vero non sunt de sanc- +? subā
titatis substancia, sed quedam
sanctitatis indicia. Quod si bea-
ta Elyzabeth in integritate per-
seuerans post mortem miraculis
claruisset, poterant virgines arbi-
trari hanc graciam eam ha-
buisse magis ex merito virgini-
tatis quam caritatis et ita fortas-
sis virgines extollerentur cum
fatuis virginibus, que non habent
oleum in vasis suis. Miracula
nisi homo cautus sit, facillime
mentem extollunt. Propter quod
pius dominus miraculorum glo-
riam post mortem famulo suo extolli … virginis
distulit, quando jam extollere
non poterat. Causa vero mira-
culorum ejus hec maxima
fuisse videtur. Quia beata
Elyzabeth filia fuerat regis et
uxor principis magni et in tan- mag
tum se humiliauerat, ut post
mortem mariti contempto
sponso, contemptis diviciis et
honoribus in multa paupertate
et humilitate Christi pauperi-
bus seruiret, opera misericordie
exerceret et multas tribulaci-
ones et persecutiones propter
deum libenter et gratanter sus-
tineret, ut ejus exemplo cetere